



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmmvla Caietani**

**Cajetan, Thomas**

**Antverpiae, 1575**

Peccatum collusionis qualiter committantur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41716**

Quarto, quando consentitur conditionaliter. **Opus non malum, sed sibi illicitum propter suum statum aut verum: puta si religiosus appetat duxere uxorem si esset liber: & similiter quum quis post votum ieiunii vellet non ieiunare si esset liber & sic de aliis.** In huiusmodi enim peccati veriale communiter interuenit propter remissam voluntatem ab inchoato bono. Et ad hunc peccandi modum spectat, quoniam quis consentit quod si ingressus esset religionem, non ingredieretur: ex quo tamen professus est, intendit seruare eam: manifestè siquidè apparet remissio voluntatis à feruore prius habito: quia tamen consensus infra limites liberi temporis consistit, mortale peccatum non interuerit. Et scito omnes conditionales secundum hunc modum, & multo magis secundum præcedentem modum, esse opera & tentationes fatuas & diabolicas. nam diabolicum est, quenquam in temptatione se, aut alium præcipitare, si esset, si fuisset, facerem, dicendum &c. ad nihil enim haec ducunt, nisi ad peccatum.

Quinto, quando in cogitando interuenit delectatio morosa. De qua vide infra in verbo, delectatio.

*Peccatum collusionis qualiter  
committatur.*

**C**ollusio (hoc est inter auctorem & reum latens & fraudulenta conuentio) est manifeste peccatum in verboque: quia viroque colludens fraudi consentit. Haec est peccatum mortale pro quanto inique contra debitam tendit iustitiam.

*Columbarium qui licite teneant.*

**C**olumbarium habere, vel contra municipalia statuta disponentia certam terrae mensuram opporre ibi habere eum qui columbarium tenet, vel ubi statutum nullum est contra eorum qui damnificentur quicunque peccatum est, nisi ex consuetudine aus

præscribitur.